1607 146

EXCERPTA E LIBRO CVI TITVLVS

DIRECTORIVM INQVISITORVM

F. NICOLAI EYMERICI ORDINIS Prædicatorum: Cum Commentariis Francisci Pegné Sacræ Theologiæ ac Iuris vtriusque Doctoris. A D.S.D.N. Gregorium XIII. Pont. Max. Venetijs apud Marcum Anthonium Zalterium M. DC. VII.

FVNDAMENTVM INQVISITIONIS.

IN hac eiusque potestate duos esse gladios, spiritualem videlicet & temporalem Euãgelicis dictis instruimur. Certe qui in potestate Petri temporalem gladium esse negat, male attendit verbum Domini, proferentis, Cõuerte gladium tuum in vaginam. Oportet gladiũ esse sub gladio, & temporalem authoritatem spirituali subiici potestati. Veritate testãte, spiritualis potestas terrenã potestatem instituere habet & iudicare si bona non fuerit. De Ecclesia & Ecclesiastica potestate verificatur vaticinium Hieremię; Ecce cõstitui te super gentes & super regna vt euellas & destruas & disperdas & dissipes & ędifices & plantes.

Si deuiat terrena potestas iudicabitur à potestate spirituali. *a*

Romanus Pontifex qui Dei & Domini nostri Iesu Christi vices gerit in terris, super gentes & regna plenitudinem obtinet potestatis, omnesque iudicat à nemine in hoc sęculo iudicandus. *b*

Irritum nihilominus & inane decernentes si secus super iis à quoquam quauis authoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis & in prouincialibus ac synodalibus Conciliis editis generalibus vel specialibus statutisque & consuetudinibus etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis. *c*

In Ecclesiâ militanti vnus est omnium moderator & arbiter Iesu Christi Vicarius, à quo tamquam capite omnis in subiecta membra potestas & authoritas deriuatur, quę à Christo Domino Deo nostro sine medio in ipsum influit. Omnis ex capite defluit in membra potestas. *d*

Addens mala malis de citatione huiusmodi notitiam habens est vocem temerarię appellationis prorupit ad futurum Concilium contra constitutionem Pij II. ac Iulij II. prędecessorum nostrorum, qua cauetur taliter appellantes hęreticorum pœna plectendos. pag. 93. lit. E. *e*

INQVISITORES.

Dilectis *fratribus Ordinis Minorum* Inquisitoribus hęreticę prauitatis *præsentibus*, ac *futuris* §. Adiecistis pręterea negotium seu officium Inquisitionis contra hęreticos: Dilecto filio *Priori fratrum Prædicatorum Parisiensium* à sede Apostolica fuisse sub ea forma commissum vt idem super hoc posset inquirere tam per se quàm per

a Hierem. 1. 1. parte pag. 34. cap. vnã sanctã Bonif. 8. extr. de maio. & obed. Anno Domini 1302.

b pag. 122. in Bulla. Cum ex Apostolatus Pauli IV. Anno 1558.

c pag. 116. in Bullar. Bull. Pij IV. cum sicut nõ magna & pastoris æterni vices. An. 1561. 1562.

d Pag. 78. in Bull. Bulla Pii II. retractatio in minorib. agẽtes 1463.

e Pag. 90. Bulla Leon. X. Exurge Domine anno 1520.

a Bulla Alexandri IV. pag. 25. Anno 1258.

alios quos ad hoc idoneos reputaret, in quo quęritur vtrum tales delegati vel subdelegati existant, & quid possint etiam sic electi super quo taliter duximus ordinandum quod idem Prior possit tres vel quatuor idoneos ad hoc opus assumere qui parem cum ipso habeant potestatem, & amouere illos ac ipsorum loco alios substituere quotiescumque viderit expedire. *a* Idem confirmatur iisdem verbis adiecistis pręterea &c. *b*

Innocentius Episcopus seruus seruorum Dei Dilectis filiis *fratribus ordinis Prædicatorum* Inquisitoribus hęreticæ prauitatis. *c*

Vniuersis & singulis *Prædicatorum & Minorum* ordinum *fratribus* & *Inquisitoribus* hęreticę prauitatis *vbilibet constitutis* præsentibus & futuris. *d*

Fratribus tam *Prædicatorum* quam *Minorum* ordinum *Inquisitoribus* hæreticæ prauitatis. *e*

Regulariter committit. [Papa] *Magistro & Prioribus prouincialibus ordinis Prædicatorum. Generali* ac *Prouincialibus ministris ordinis Minorum* quatenus in partibus eis traditis valeant *de fratribus sui ordinis* de Inquisitoribus prouidere: ita habetur in eorum priuilegiis Apostolicis in Bulla Innocentij IV. Licet ex omnibus & Bulla Alexandri IV. Olim præsentiens. *d*

Nos- - S. R. E. presbyteri *Cardinales Inquisitores generales* hæreticæ prauitatis *per vniuersam Rempublicam* Christianam à S.D.N. Paulo Diuina prouidentiâ Papa III. sanctaque sede Apostolica specialiter deputati [apud Bullarium pag. 112. *e*

Sanctissimus D. N. D. Pius diuina prouidentia Papa V. statuit, decreuit & ordinauit, ac mãdauit - - cuiusuis cõditionis & status hominibus in omnibus & singulis terris, oppidis & ciuitatibus ac in tota republica Christiana existentibus sub excommunicationis *latæ sententiæ* ac indignationis suæ sanctitatis, & aliis arbitrio suæ sanctitatis & illustrissimorum & Reuerendissimorum Dominorum Cardinalium Inquisitorum generalium, imponendis & exequendis pœnis, vt eisdem Cardinalibus Inquisitoribus ac eorum præceptis & mandatis in quibuscumque officium sanctæ Inquisitionis huiusmodi concernentibus pareant & obediant. pag. 135. in Bullario. An. 1569.

POTESTAS INQVISITORVM.

IN hac parte interpretandi statuta Ecclesiastica & sæcularia contra hæreticos edita & hæreticorum filios & nepotes credentium quoque fautorum, defensorum & receptatorum ipsorum, dignitatibus, personatibus & honoribus quibuscũque ac beneficiis ecclesiasticis & publicis officiis - - priuandi liberam vobis authoritate præsentium concedimus potęstatem. *a*

Veniendi libere ad Romanam Curiam, in eaque morandi cum vno socio sui ordinis, non obtentâ vel petitâ licentiâ quorumcumque suorum superiorum seu pręlatorum, & huiusmodi socium mutandi & alium de suâ prouinciâ assumendi & secum tenendi quoties fuerit opportunum, non obstantibus quibuscumque prohibitionibus seu constitutionibus eorumdem Prælatorum seu Capitulorum generalium vel prouincialium plenam licentiam impartimur. *b*

Conuocandi etiam clerum & populum ciuitatum, castrorum aliorũque locorum prout dicto Negotio fidei videbitis expedire - -. Hæreticos eorumdem credentes, receptatores, fautores & defensores, eorumque *filios* & *Nepotes* personatibus, dignitatibus, & beneficiis Ecclesiasticis & *officiis publicis & honoribus* quibuscumque, nec non largiendi viginti vel quadraginta dierum indulgentiam omnibus verè pœnitentibus & confessis qui ad vestram conuocationem, propter hoc faciendum ac-

b Bulla Vrbani IV. 1261. Consultus fœlicis recordationis pag. 133. in direct. 2 parte.
c Innoc. IV. an. 1255. in Bull. pag. 18.
d Greg. XI. pag. 137. in direct. 2. parte 1373.
e 2. part. pag. 136.
Clemẽs IV. Bulla Catholicæ fidei anno 1265.
d Eymer. 3. parte Directorii quæst. 3. pag. 576.
e Edictum D. D. Cardinaliũ cõtra Bibliopolas Datũ Bononiæ 4. Id. Iulii anno Domini 1543. põtificatus S. D. N. Pauli diuina prouident. Papæ III. anno 8.
a Innocẽtius IV. Dilectis filiis fratribus ordinis Prædicatorũ Inquisitoribus hæreticæ prauitatis. In Bull. pag. 18. anno Domini 1255.
b Bulla Gre. XI. Vniuersis & singulis Prædic. & Minor. ord. fratr. Inq. hæret. pra-

efferint, plena fit vobis & fingulis veftrum præfentium tenore poteftas. *c*

Illis qui ad extirpandam hæreticam prauitatem fignum crucis acceperint illam indulgentiam, illudque priuilegium concedendi quę transfretantibus in terræ fanctæ fubfidium in generali conceduntur Concilio plenam authoritate præfentium concedimus authoritatem. *d*

Difcretioni veftræ - - vendendi ac diftrahendi libere bona hæreticorũ eorumque fautorum, credentium, receptatorum & defenforum publicata iam, feu confifcata, & in pofterum publicanda & confifcanda; prout commiffo vobis negotio expedire videritis, ita quod eorum *pretium ad opus Romanæ Ecclefiæ conferuetur*, nec non & contradictores fuper hoc per cenfuram ecclefiafticam appellatione poftpofita compefcendi plenam & liberam concedimus authoritate prçfentium facultaté. *e*

Concedentes eifdem Cardinalibus Inquifitoribus - - plenam, liberam, amplam & omnimodam facultatem caufas huiufmodi etiam authoritate œcumenici Concilij Tridentini decifas reuidendi, ac in ftatu & terminis in quibus ante prædictas fententias & Decreta ac etiam canonicas purgationes quomodolibet reperiebantur reaffumendi fineque debito terminandi. *f*

Ne aliqui dubitationem folicitam excitantes in dubium reuocent, an officium Inquifitionis hęreticæ prauitatis folicitudini veftrę intra cæteros limites ab Apoftolica fede commiffum expiret per mortem Romani Pōtificis, qui commifit, prçfenti declaramus edicto ipfum officium non folum quoad Negotia viuente mandatore incœpta; imo etiam quoad integra & non cœpta, & quod plus eft, quantum ad ea quæ tunc nequaquam emerferant in fauorem fidei poft committentis obitum perdurare. *g*

Magiftratus fęculares fub pœnâ excommunicationis cùm requifiti fuerint per Inquifitores tenentur eis affiftere opportuni fauoris prçfidio, & exhibere eis confilium & auxilium, exercitum contra hæreticos & cęteros *in fide fufpectos* congregando ad depopulationem & exterminiũ terrarũ ipforum hoftiliter procedēdo. *h*

Sectatores hęrefum & errorum vtriufque fexus tenentes & etiam defendentes eofdem, aut hęreticis ipfis quomodolibet publicè vel occultè in diuinis vel alias participantes, etiam fi Patriarchali, Archiepifcopali, Epifcopali, Regali, Reginali, Ducali aut alia quauis Ecclefiaftica vel mundanâ præfulgeant dignitate, nec non Aduocatos & Procuratores quoflibet, qui hæreticos huiufmodi, aut eorum credentes, fequaces, fautores, defenfores & receptatores fuper crimine hærefis aut credulitatis, fequelæ, fautoriç, defenfionis & receptationis huiufmodi defenderint, excõmunicatos fingulis diebus dominicis & feftiuis in prçfentiâ populi nũcietis - - & cõtra - - quemlibet ipforum cuiufcũque dignitatis, ftatus, præeminentiæ, gradus ordinis vel conditionis (vt prçfertur) exiftant authoritate noftra diligenter inquirere ftudeatis & eos quos per inquifitionem huiufmodi diffamatos vel per *confeffionem eorum*, feu per facti euidentiã vel alias huiufmodi hęrefis & erroris labe refperfos reperietis, authoritate prædictâ etiam per excommunicationis, fufpenfionis & interdicti, nec non priuationis dignitatum perfonatuum, & officiorum aliorumque beneficiorũ Ecclefiafticorum, ac feudorum - -, ac etiam bonorum, dignitatum fęcularium ac graduum fcientiarũ - - & per alias pœnas, fententias & cenfuras Ecclefiafticas ac vias & modos quos ad hoc expedire feu opportunos effe videritis etiam per captiones & incarcerationes perfonarum & alias pœnas corporales, quibus hęretici puniuntur feu puniri iubentur aut folent iuxta canonicas Sanctiones. *i*

Statuimus infuper vt Poteftas, Capitaneus feu Rector vel Confules feu quiuis alij

uitatis vbilibet conftitutis præsētibus & futuris. In 2. parte Direct. 137.

c *Bulla Vrbani IV. præcūctis fratr. ord. Prędicat. Inquif. hæreticæ prauitatis 2. parte Directo. pag. 130 col. 2. B. anno Domini 1261.*

d *Bulla Inn. IV. malitia huius tēporis Priori Prouinciali ordinis Predicatorum in* Bullar. *pag.* 16. C. *anno Domini* 1254.

e Bulla *Ale. IV. fratribus ordinis Minorũ Inquifitoribus pag.* 39. Bul*larii anno Domini* 1260.

f *Motu proprio* Pÿ *V. in* Bullario *pag.* 133. A B *anno Domini* 1566.

g *Lib. 6. Decretaliũ Tit. de hæreticis cap. Ne aliqui Clemētis IV. pag.* 106. *col.* 2. *l. E.* 1265.

h *Bulla Alexand. IV. dil. ad ftudium*

qui ciuitati pręſunt vel loco alteri ad præſens, aut præerunt in futurum ad requiſitionem Diœceſanorum vel Vicariorum ſuorum ſeu Inquiſitorum hęreticę prauitatis iurent pręcisè attendere inuiolabiliter & obſeruare, ac facere à ſuis ſubditis obſeruari toto tempore ſui regiminis in terris ſuę iuriſdictioni regiminive ſubiectis, conſtitutiones contra hæreticos, credentes, receptatores, fautores & defenſores ipſorum eorumque filios & nepotes à ſede Apoſtolicâ promulgatas ac etiam approbatas: quas qui iurare noluerit & ſeruare vt infamis, & tanquam hęreticorum fautor ac de fide ſuſpectus, officio & honore ſui regiminis ſpolietur. *l*

Statutum ciuitatis, Caſtri, Villæ vel alterius loci per quod negotium Inquiſitionis hæreticæ prauitatis directè vel indirectè (ne in eo libere procedi valeat) contigerit impediri vel quomodolibet retardari, nullius exiſtere firmitatis, ipſiuſque ciuitatis vel loci Dominum ad ſtatutum huiuſmodi Inquiſitoribus ſine moræ diſpēdio exhibendum vt ſi tale inuentum fuerit reuocandum - - per Cenſuram Eccleſiaſticam decernimus compellendos. *m*

Implacida relatio nuper noſtrum turbauit auditum, quod videlicet communitas Mantuana, cū deberent dilectis filiis fratribus Prædicatoribus Inquiſitoribus prauitatis hæreticæ - - aſſiſtere tanquam fidei zelatores ipſi - - ſtatuta quædam damnabilia ediderūt per quę negotiū fidei -- directe impeditur vel etiā indirecte. Quocirca fraternitati tuæ - - ſub excōmunicationis pœna -- mādamus ſtatuta huiuſmodi -- diligenter inquirere ac etiam inuenire, & quæſita & inuenta ad tale reducere ac reduci facere moderamen procures, quod per ipſa dictorum Inquiſitorum proceſſus non impediantur in aliquo vel quomodolibet retardentur, faciens nihilominus quod ſtatuta quęlibet ipſi negotio contraria - - nullatenus obſeruentur poteſtatem Ancianos & Concilium ciuitatis eiuſdem per excommunicationem in perſonas eorum & commune prædictum per interdicti in ciuitatem ipſam ſententias ad id appellatione poſtpoſitâ compellendo. *n*

Centeſima quarta quæſtio eſt vtrū Inquiſitor poſſit expenſas exigere ab iis cōtra quos procedit ac eos in expenſas ſentētialiter condēnare? Reſpōdemus quod ſic. *o*

Moderata Xenia ſponte oblata poteſt recipere.

Iudex delegatus poteſt petere expenſas moderatas.

MODVS PROCEDENDI INQVISITORVM.

Sane volumus vt nomina tam accuſantium prauitatem hæreticam, quàm ratificantium ſuper ea, nullatenus publicentur propter ſcandalum vel periculum quod ex publicatione huiuſmodi ſequi poſſet, & adhibeatur dictis eiuſmodi teſtium nihilominus plena fides, quod ſi ſimul his non interfueritis exequendis vnus veſtrum nihilominus exequatur. *a*

Cap. xx. 6. Decretalium Greg. IX. Concedimus quod in Inquiſitionis hæreticę prauitatis negotio procedi poſſit ſimpliciter & de plano, & abſque Aduocatorū ac iudiciorum ſtrepitu & figura. Iubemus tamen quod accuſatoribus vel teſtibus in cauſa hęreſis interueniētibus ſeu deponentibus propter poteſtatē perſonarum contra quos inquiritur, videant Epiſcopus vel Inquiſitores graue periculum imminere ſi contingat fieri publicationem nominum eorum, ipſorum nomina non publicet. *b*

Quart Caautela Inquiſitoris eſt, teneat in manu vnam cedulam ſeu ſcripturam, & quando delatus ſeu hęreticus interrogatus negabit hoc vel illud, Inquiſitor quaſi admirans dicat ei, & quomodo tu potes negare, nonne clarum eſt mihi? & tunc legat in cedula ſuâ & peruertat eam & legat. *c*

Quinta cautela Inquiſitoris, fingat ſe longius debere ire & dicat ſibi - - habeo rece-

ſolicitudinis pag. 37. Bull. D. *anno Domini* 1260.

i *Martinus V. inter cunctas paſtoralis curæ ſolicitudines venerabilib. fratribus Archiep. & Epiſcopis ac Inquiſitoribus hæreticæ prauitatis vbilibet cōſtitutis. Anno Domini* 1418. *pag.* 69. & *pag.* 76. *L. A. lin.* 3.

l *Lib.* 6 *Decretaliū cap.* 11. *Vt officiū* §. *ſtatuimus* Clementis *IV. pag.* 107. 2. *par. col.* 2. *l. D.*

m *Vrba. IV. lib.* 6. *tit. de hæreticis pag.* 106. *col.* 2. *l. D. in Direct.* 2. *parte.*

n *Alexāder I V.* Bulla *Implacida relatio in* Bullar. *pag.* 21. B. *Anno Domini* 1257.

3. *parte quæſt.* 104. *Eymericus pag.* 650. *L. A. in Directorio.*

Num. 3. C.

o *No.* 4. C. D.

a *Bulla In-*

dere à te & ire vbi ſum valde neceſſarius & neſcio quando reuertar. *c*

noc. IV. fratribus ord. Prædicat.

Nona cautela, Inquiſitor habeat vnum de complicibus ſuis (hęretici) ſeu alium bene ad fidem conuerſum, - - permittat illũ intrare, & faciat quod ille loquatur ſibi, & ſi opus fuerit fingat ſe de ſectâ ſuâ adhuc eſſe, ſed metu abiuraſſe, - - & remaneat in carcere cum eodem, & de nocte pariter colloquantur vt dicãt ſibi mutuò quę commiſerunt - - & tunc ſit ordinatũ quod ſtent extra carcerem in loco congruo explorantes eos, auſcultantes & verba colligentes, & ſi opus fuerit Notarius cũ iiſdem. *c*

b *P. 111. co. 1 L. B. in Directorio.*

c *3. parte Directorij Inquiſitorum contra hæreticorũ cauillationes & fraudes pag. 433.*

Nos - - omnibus & ſingulis hęreticę prauitatis Inquiſitoribus & Cõmiſſariis in quibuſuis regnis, dominiis, prouinciis - - cæteriſq; terris & locis in quibus Chriſtiana religio colitur cõſtitutis, - - quod quoties eis expedire videbitur vnũ vel plures - - qui ſibi ſufficientes & idonei viſi fuerint in quibuſuis cauſis ſanctę fidei & Inquiſitionis huiuſmodi in Notarios eligere, aſſumere & creare, - - ipſiq; ſic electi & deputati acta quæcumque & proceſſus cauſarum ipſarum diligenter & fideliter deſcribere & annotare, cæteraque omnia ad id quomodolibet neceſſaria & opportuna facere, gerere & exercere liberè & licitè poſſint & valeant plenam & omnimodam auctoritate Apoſtolica tenore præſentium facultatem & poteſtatem concedimus & impartimur. *d*

d *Pius IV. Bulla Paſtoralis officij in Bull. 125. L. E. Anno 1561.*

Nos N. miſeratione diuina Epiſcopus talis ciuitatis & frater N. Inquiſitor - - Attendentes - - quod tu es varius in tuis cõfeſſionibus, & ſunt nihilominus indicia multa quæ ſunt ſufficientia ad te exponendum quæſtionibus & tormentis. Ea propter - - declaramus, iudicamus & ſententiamus - - te ſupponendum tormentis & quæſtionibus. *e*

e *3 parte Direct. pag. 480. Sentẽtia ad ſupponendum aliquem in tormentis.*

Olim in principio conſtitutæ delegatæ Inquiſitionis non videtur licuiſſe Inquiſitoribus reos torquere ob periculum (vt credo) incurrendæ irregularitatis, ſed tortura aduerſus hæreticos aut ſuſpectos per iudices laicos exercebatur. - - Cæterum cùm hinc ſecreta ſæpiùs in hac cauſa reuelarentur & non mediocria in fidem incõmoda naſcerentur, cõmodiùs poſtea & ſalubriùs viſum eſt ſtatuere. - - Ideo cautum eſt vt Inquiſitores & Epiſcopi poſſint reos huius criminis torquere; quod probant recentiora iura: - - cõceſſaque inſuper illis hæc facultas vt ſi cõtingeret quandoque irregularitatem contrahere mutuò ſecum poſſent diſpenſare, vt patet in reſcripto *Vrbani IV. vt negotium. f*

f *Cõm. 110. 3. parte 6 quæſt. pag. 552. L. E.*

Ergo ſi Epiſcopus & Inquiſitores extra caſus ſibi à iure conceſſos & permiſſos, & negotiis fidei neceſſarios reuelarent, aut teſtes, aut delatos, aut denũciatores, & accuſatores vel alia ſacri officij ſecreta, - - mortaliter peccarent quia ſibi diſtrictè iniungitur à Papa ſub virtute ſanctæ obedientiæ ne reuelent. *g*

g *Part. 3. p. 633. comm. 132. quæſt. 83.*

Et vt eorumdem accuſatorum & teſtium periculis efficaciùs occurratur & cautiùs in Inquiſitionis negotio procedatur, præſentis conſtitutionis authoritate permittimus quod Epiſcopus vel Inquiſitores ſecretũ poſſint indicere illis quibus - - proceſſum huiuſmodi explicabunt, & in eos ſi arcana conſilij ſeu proceſſus ſibi ſub ſecreto ab eiſdem Epiſcopo vel Inquiſitoribus patefacta præter eorum licentiam aliis patefecerint, excommunicationis ſententiam quam ex ſecreti violatione ipſo facto incurrant (ſi eis expedire videbitur) promulgare. *h*

h *Lib. 6. Decr. 20. cap. tit. de hæreticis cap. ſtatuta §. & vt eorumdẽ pag. 111. ſecunda parte.*

PERSONÆ CONTRA QVAS POSSVNT PROCEDERE.

An Inquiſitor poſſit procedere contra *Reges*, & omnes laicos indiſtinctè trigeſima prima quæſtio eſt vtrũ Inquiſitor poſſit procedere contra *Principes*, & omnes laicos *indiſtinctè in hæreſi irretitos, ſuſpectos, vel diffamatos.* Reſpondemus quod ſic, vt patet in cap. *vt officium* §. *denique, de hæreticis*, & in literis Clementis & Vrbani

a *Eymericus 3. parte Directorij quæſt. 31.*

Consulerem tamen vt contra *Reges* & *Regales personas publicè non procederent* Inquisitores sed vt *cautiùs* & tutiùs negotium fidei possit agi, informaretur primitùs D. N. Papa, vt procederetur eius consilio & mandato, & secundum modum quem ipse decreuerit obseruandum.

b Bulla Ioan. XXII. p. 63. Bullarij l. C.

Titulus Inquisitores procedant contra *ineuntes fœdera cum hæreticis*, & cæteros dantes eis consilium, opem & fauorem; item contra quosuis de hæreticâ labe suspectos, vel culpabiles. *b*

c Bullæ Vrbani IV. præ cunctis.

Hæreticos eorumdem credentes, receptatores, fautores, & defensores, eorumque filios & nepotes. *c*

d Bulla Martini IV. inter cunctas pasto.

Tenentes & defendentes hæreticos. Etiamsi *Patriarchali*, *Archiepiscopali*, *Episcopali*, *Regali*, *Reginali*, *Ducali*, aut alia quauis *Ecclesiastica*, vel *mundana* præfulgeant dignitate. Nec non *Aduocatos* & *Procuratores*. *d*

e Bulla motu proprio Pij V.

Hac nostra perpetua, perpetuoque valituræ vniuersali constitutione omnes & singulas, & quascumque etiam ex capite assertæ Innocentiæ absolutorias, vel etiam præcedente Canonica purgatione sub quacumque verborum forma declaratorias sententias etiam diffinitiuas, & decreta in eorumdem reorum Inquisitorum & Delatorum fauorem per prædictum sanctissimum officium (Inquisitionis) aliosque iudices ordinarios & delegatos, & etiam Romanos Pontifices latas & lata, aut per nos etiam & successores nostros Romanos Pontifices pro tempore existentes, ferendas & ferenda nunquam fecisse, nec in futurum posse facere transitum in rem iudicatã Apostolica authoritate declaramus, decernimus, statuimus, & ordinamus - - -, ac dilectos filios modernos, ac pro tempore existentes S. R. E. Cardinales, hæreticæ prauitatis Inquisitores contra eosdem reos & delatos, & Inquisitos, etiam si fuerint & sint *Episcopi*, *Archiepiscopi*, *Patriarchæ*, *Primates*, eiusdem S. R. E. *Cardinales*, *Legati etiam de latere*, *Comites*, *Barones*, *Marchiones*, *Duces*, *Reges*, *&* *Imperatores*, tam de Antiquis quam nouiter etiam super eisdem articulis receptis, vel recipiendis testibus - - denuò inquiri ac procedi posse & debere etiam in omnibus & per omnia. *e*

f Bulla Vrb. IV. præ cunctis & Clemen. IV. Item præ cũctis p. 561. col. 2. l. D.

g Greg. IX. l. 6. Titul. de hæreticis ca. Accusatus §. in eo.

Cæterùm si fortè quod non credimus, aliqui cuiuscumque conditionis huic negotio vobis commissò se opponere, seu illud præsumpserint aliquatenus impedire, vt non possit procedi liberè in eodem: immò nisi seu requisiti id fouerint & iuxta officium & posse suum singuli iuuerint studiosè contra eos tanquam hæreticorum fautores & defensores secundum sanctiones Canonicas freti eadem authoritate intrepidè procedatis. *f Idem habetur lib. 6. Decret. cap. vt Inquisitionis §. si quis verò.*

In eo verò casû quo hæredes ad successionem non debent ob hæresim sui auctoris admitti, non obstante quod auctore ipso viuente, hoc non fuerit interueniente ipsius morte, per sententiam declaratum, ad confiscationem bonorum post mortem eiusdem nihilominus procedatur. *g*

h Bulla Ale. IV. fratribus Ordinis Prædicatorum. Ne Cõmissæ.

Ne commissæ vobis contra hæreticos Inquisitionis officium, quocumque contingat obice præpediri vobis & singulis vestrum præsentium authoritate concedimus, vt non obstantibus aliquibus priuilegijs, vel indulgentijs quibuscumque personis, cuiusuis conditionis, dignitatis, vel gradus, religionis aut ordinis liberè - - - procedatis. *h*

i Eymericus 3. parte q. 43 an Inquisitor possit procedere contra mortuos. pag. 570.

Quadragesima tertia quæstio est vtrũ Inquisitor possit procedere cõtra mortuos qui ante mortem, vel post delati sunt eidem de hæreticâ prauitate, Respondemus quod sic. *i*

Actio contra hæreticos quoad effectum confiscandi bona durat per 40. *annos. l*

Actio ad effectum & finem damnandi memoriam defunctorum *nullis temporum spatijs impeditur aut finitur*; immò etiam post quadraginta & plures annos quocumque tempore detectum fuerit ac legitimè constiterit, quempiam hæreticum decessisse, poterunt Inquisitores agere contra eum --, filij eiusmodi damnatorum infamiam & inhabilitationem ad officia publica & beneficia incurrent. *l*

l Commentarius XCII. ibidem.

QVI DICANTVR HÆRETICI.

Hæreticus dicitur multis modis 1. ille qui peruertit Sacramenta Ecclesiæ, vt Symoniacus 2. q. 2. eos qui pecuniã 6. q. 1. §. sed licet. 2. Schismaticus 7. q. 1. denique 3. Excõmunicatus 4. q. 1. quod autem hi. 4. errans in expositione sacræ Scripturæ 24. q. 3. hæresis 57. dist. relatum. 5. qui nouam sectam fingit, vel confictam sequitur 24. q. 3. hæreticus. 6. qui priuilegio Romanæ Ecclesiæ quæ præest omnibus, detrahit 22. dist. omnes. 7. qui communionem Catholicæ Ecclesiæ non recipit. In Auth. de priui. dot. hæret. mulieri non præstan. post prin. ver. Igitur sacram vnionem, &c. coll. 8. Octauo qui præcepta sedis Apostolicæ pertinaciter transgreditur 19. dist. nulli. 9. qui decretalibus Epistolis Apostolicis contradicit: vel eas non recipit 20. dist. de libellis ad fi. eiusdem enim auctoritatis sunt Decreta & Epistolæ Decretales 19. dist. si Romanorum ad fi. Nam & peccatum paganitatis est præceptis Apostolicis contraire 81. dist. si qui presbyteri. Decimò, stricto modo & propriè dicitur hæreticus qui aliter sentit de articulis fidei, vel Sacramentis Ecclesiæ quam Romana Ecclesia 23. q. 1. hæc est fides.

Glosa Hostiẽsis super Decretalibus titulo de hæreticis de volumine maiori. cap firmissimè verbo omnẽ hæreticum pag. 144. col. 2. A 2. part. direct.

QVI DICANTVR DEFENSORES, FAVTORES, CREDENTES, RECEPTATORES.

Defensores hæreticorum sunt in duplici genere, quidam namque sunt qui defendunt hæreticorum errorem. -- Quidam alij sunt qui non defendunt errorem, sed personam errantem, vtpote illi qui resistunt viribus & potentia ne hæretici ad manus iudicis fidei veniant examinandi vel puniendi. *a*

Fautores hæreticorum sunt ij, qui publica funguntur authoritate, hoc est publicæ personæ, vt Domini Temporales, -- interdum omittendo ea facere circa hæreticos vel suspectos infamatos vel credentes, receptatores, defensores, & fautores, ad quæ ex eorum officio obligantur, cùm tamen ab Episcopis & Inquisitoribus, vel eorum altero requiruntur. -- Committendo -- si captos absque Episcopi & Inquisitoris, vel alterius eorũ licentia, vel mandato, -- vel sententiam eorum directè, vel indirectè impediant. -- Dicuntur autẽ fauere & fautores esse [personæ priuatæ] commissione si hæreticos captos pro hæresi propria temeritate à carcere liberent, vel auxilium, consilium, vel fauorem ad liberandum præstent, vel liberatos taliter associant vt non capiantur, vel capientibus se opponunt: ac aliàs processum iudicum & sententiam in causam fidei directè, vel indirectè impedire præsumant. *b*

Receptatores vocantur hæreticorum qui eorum errores sciunt, & quod Ecclesia eos persequitur, & nihilominùs eos latenter in domibus suis frequenter receptant ne ad manus Ecclesiæ perueniant. *c*

Credentes hæreticorum dicuntur qui credunt erroribus vel factis illorum qui damnati sunt ab Ecclesia, vel eorum sermones non semel tantum vel bis, sed pluries audiunt. *d*

a 2. parte direct. pag. 370. col. 2. A. quæst. 51.

b 2. par. dire. q. 53 p. 371. co. 2. l. D.

c Quæst. 52. p. 368. 3 parte & 369. col. 1. A.

d q. 50. p. 366. col. 2. n. 3. l. B.

DECRETA ET IVDICIA INQVISITORVM.

Si verò nostris in hoc, imò potiùs Apostolicis acquiescere monitis non curauerint [magistratus sæculares] ipsos ad id per censuram Ecclesiasticam appellatione remota cogatis. *a*

a pag. 5. 6. in Bul. A. Innoc. IV. Bul. Orthodoxæ fidei 1. priori Prouinciali & fr. Inquis. Ord. Præd.

1. Sententia. In directorio Inquifitorum pag. 396. eft forma denunciandi excommunicatos Magiftratus fæculares. Eftque 1. fententia.

2. Sententia

b 2. par. p. 393. col. 1.

Forma literarum aggrauandi prædictos cum candelis extinctis, & campanis pulfatis. *b*

3. Sententia

c ib p. 400.

Forma fupponendi ciuitatem, vel locum Ecclefiaftico interdicto. Nos Frater N. *Ordinis Prædicatorum*, in dominio N. Domini Inquifitor hæreticæ prauitatis. - - Ipfam, talem ciuitatem, vel locum qui fubeft regimini eorumdem, fupponimus Ecclefiaftico interdicto, nolentes quod præfatum interdictum per alium, quàm per nos feu Romanum Pontificem relaxetur. *c*

4. Sententia

d 401 col. 2. l. C. D.

Nos Frater N. - - dignum meritò reputantes vt hi officijs priuentur, qui officijs abutuntur, volentefque in hac parte mandata Canonica & Apoftolica fideliter exequi [vt tenemur] ipfos ab officijs eorum in caufa fidei poftulante inobedientiâ & contumaciâ, vt infames & tanquam hæreticorum fautores, & de fide fufpectos tenore præfentium meritò expoliamus. - - Nec de cætero ad aliquã dignitatem, vel publicum officiũ affumantur. *d* pag. 403. col. 1. l. E. Mandamus vniuerfis & fingulis vniuerfitatibus, quatenus prædictis taliter à fuis officijs per nos - - fpoliatis, quod eis non pareant, feu obtemperent.

e Glofa eo loci Hoftienfis, Ioannis Andreæ, & cæterorum p. 402. col. 2. l. D. 3 parte comm VIII

Generaliter dicendum eft hæreticos credentes & cæteros qui hac pœna coercentur, inhabiles effe ad publica officia, quæcumque illa fint & quocumque nomime cenfeantur, fecundum varios ritus & confuetudines diuerfarum prouinciarum, *e*

f Forma inftituendi cõmiffarium fpecialem p. 404. col. 1 l. C.

Frater N. Ord. Præd. vos Vicarium noftrum, feu Commiffarium ftatuimus & facimus firmiter per præfentes, committentes vobis plenariè & exprefsè, quatenus denunciationes & informationes à quibufcũque contra quofcumque recipere, - - ac fuper & pro eifdem tam teftes quã reos, citare, arreftare compedire, - - & ad teftificandum cogere, atque pro veritate dicenda - - quæftionibus exponere & tormentis: ac etiã ponere ad carcerem - - plenariam concedimus poteftatem: diffinitiua dumtaxat fententia omnium impœnitentium & relapforum - - nobis pœnitus referuatâ. *f*

g Cap. excõmunicamus §. credentes Innoc. III. Vol. mai. Decr. Tit. de hæret. p. 102 2. par. dir. col. 1. l. D. E

Credentes prætereà, receptatores, defenfores, & fautores hęreticorum excommunicationi decernimus fubiacere, firmiter ftatuentes, vt poftquam quis talis fuerit Excõmunicatione notatus, fi fatisfacere contempferit intra annum ex tunc ipfo iure fit factus infamis, nec ad publica officia feu confilia, nec ad eligendos aliquos ad eiufmodi, nec ad teftimonium admittatur, fit etiam inteftabilis, vt nec teftandi liberam habeat facultatem, nec ad hæreditatis fucceffionem accedat. Nullus prętereà ipfi fuper quocumque negotio, fed ipfe alij refpondere cogatur: quod fi fortè Iudex extiterit eius fententia nullam obtineat firmitatem, nec caufæ aliquæ ad eius audientiam perferantur. Si fuerit Aduocatus, eius patrocinium nullatenus admittatur: fi Tabellio inftrumenta per ipfum cõfecta nullius fint momenti, fed cum auctore damnato damnentur, & in fimilibus idem præcipimus obferuari. *g*

h Eymericus 3. parte q. 98 pag. 646. co. 1. l. D.

Nonagefima octaua quæftio eft vtrum Epifcopus & Inquifitor deprehenfum in hęretica prauitate, & impœnitentem debeant continuò tradere brachio fęculari vltimo fupplicio feriendum. Refpondemus quod fic, vt habetur in *cap. ad abolendam §. præfenti extra de hæreticis. h*

Ibidem col. 2. l. D.

Nonagefima nona quæftio eft vtrum Epifcopus & Inquifitor deprehenfum in hęreticâ pœnitentem fed relapfum, debeant tradere brachio fęculari animaduerfione debitâ puniendum. Refpondemus quod fic, vt patet *in cap. ad abolendam §.*

illos

illos extra de hæreticis. Vbi dicitur ſic illos quoque qui poſt abiurationem erroris, vel poſtquam ſe, vt diximus, proprij antiſtitis examinatione purgauerint, depræhenſi fuerint in abiuratam hęreſim recidiſſe, ſęculari iudicio, ſine vllâ penitùs audientiâ decernimus relinquendos. *i*

Vltio debita eſt ignis crematio & infrà. Vltimum ſupplicium alia lex mortem interpretatur ff. de pœnis vltimum ſupplicium & tertia lex expreſsè dicit quod viui crematio vltimum ſupplicium eſt. Hanc etiam pœnam ſic interpretata eſt generalis conſuetndo ſecundum quam igni traduntur hęretici vniuerſi. *l*

Hęretici quamprimũ incidunt in hęreſim amittunt ius patrię poteſtatis.-- Omni dominio priuantur hæretici in pœnam patrati ſceleris naturali, quod habent in filios- Ciuili quod habent in ſeruos, ac etiã dominio politico quod habent in quoſlibet alios ſubditos. -- Denique priuantur etiã eo dominio quod eſt iure gentium introductum -- quo amittunt rerum ſuarum dominium. *m*

Ex hac quęſtione vnum colligitur axioma, videlicet omnes illos qui aliquo obligationis genere aliquibus tenentur aſtricti, tunc liberantur penitus cum illi quibus obligati erant, in hæreſim inciderint: manifeſtè conſequitur proculdubiò, hæreticos omnes etiam ius obligationum ſibi debitarũ amittere. -- Is apud quem hæreticus aliquid depoſuit, non tenebitur poſt manifeſtam eiùs hæreſim rem depoſitam hæretico reſtituere. Rurſus nec Catholica vxor viro hæretico debitum reddere obligabitur, quia per hæreſim viri ab hoc debito liberata eſt: idem dicas è conuerſo: nam ſi vxor ſit hæretica, vir Catholicus ab eo debito liberabitur. His adde quod cuſtodes arcium ſeu caſtrorum aut populorum, vel ciuitatum, domino hæretico ea reſtituere non tenentur, neque eius nomine cuſtodire. Denique quicumque Vaſſalli omni obligatione etiam iuramenti religione munita, qua Dominis ſuis tenebantur obſtricti, ipſo iure liberantur. Serui etiam, liberti & famuli, cùm Dominus ipſorum in hæreſim incidit, ipſo facto liberantur à ſeruitute, & debito quo tenebãtur aſtricti --. Equidem hoc veriſſimũ eſt hæc omnia obſequia & obligationum debita ceſſare, quamprimum commiſſum eſt hæreſis crimen quamuis ſit occultum. *n*

SVPPLICIA QVÆ INFERVNTVR AB INQVISITORIBVS.

In terris temporali noſtræ Iuriſdictioni ſubiectis bona hæreticorum ſtatuimus publicari, & in alijs idem præcipimus fieri per Poteſtates, & Principes ſæculares, quos ad id exequendum ſi fortè negligentes extiterint per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione remotâ compelli volumus. *a*

Nec huiuſmodi ſeueritatis cenſuram *orthodoxorum exhæredatio filiorum*, quaſi cuiuſdam miſerationis prætextu debet vllatenus impedire. *b*

Filijs hæreticorum *quamuis catholicis*, nihil penitus eſt derelinquendum, *neque etiam legitima*, quæ quodammodo iure naturæ debita videtur. *c*

Hæreticos diffidamus atque bannimus. Gloſa, diffidare & bannire ſignificant *ſtatuere vel præcipere, vt impunè poſſint interfici. d*

Sed non videtur hic author iuxta legum Sanctiones loqui, cum hæreticos *propriâ authoritate capere, ſpoliare, ac etiam interficere*, liceat & infrà. Cum conſtat verè hæreticos eſſe eos qui fugiunt; aut latitant, vel quia damnati ſunt, vel quia aliàs conſtat eos in manifeſtis hæreſibus eſſe --. Tunc enim iure & capi propria authoritate & ſpoliari, ac etiam ſi reſiſterent violenter *impunè occidi* poſſent. *e*

Et quicumque ipſum vel ipſam [hæreticum vel hæreticam] inuenerit, liberè capiat & capere poſſit impunè, & omnes res ipſius vel ipſorum eis licenter, auferre quæ ſunt auferentium pleno iure. *f*

l Gloſſa Hoſtiẽſis verbo debitam vltionẽ in caput ad abolendam. pag. 149. col 2. n. 11. lit. E. 2. part. direct.

m Cõmentarius in 116. q. CLXV. 3. parte. pag. 674. col. 1. A. B.

n Cõment. CLXIX. in 119. q. 3. par. p. 675. col. 2. l. D. E.

a Innoc. III. volu. maioris decret. tit de hæret. c. X.

b Vergẽtis p. 98. 2. p. col. 2. A. l. C.

c Comment. ibid p. 99. col. 1. l D.

d Authent. Gaza. C. de hæret. 472. col 1. l. B.

e Franciſcus Pegné in cõment. 36. ſu. 3. par. Direct. nu. 139. verbo. ſed ipſum p. 472. c. 1. l. B

f Innoc. IV. ad extirpãda § . idẽ quoque p. 7. Bull. A. B.

g Greg. IX. vol.mai.dec. tit.de hær t. cap.absol.16 p. 103. 2. p. col.2.l. E. h Gloss. Ber. ordinaria verbo aliquo pacto.p.143. col. 2. l. D. i GlosaHost. in idē caput verb. aliquo pacto p 166. col.2. B. l IdemGreg. IX. Bul. excōmunica.c. XV. p. 103. col.2. D. E. 2. parte. m Bul Inn. IV. Rex Regum. pag. 15.Bull.l.E. lin. ante penult. Anno 1254. n Inn.III.c. excōmunic. & vol. mai. decr. tit. de hæret.§.moneātur 102. col.1. l.A.B. C. o Gloss.Ioā. Andr. super idē ca. verbo possideāt. p. 177. co.2. A p Glossa Hostiens. ibid. p.160. col.1. l.C.n 10. q BullaPauli IV. cum ex Apostolatus. p 123. Bull. lit. A. B. Anno 1558. r Lit. C.D.

Absolutos se nouerint à debito fidelitatis Domini,& totius obsequii quicumque lapsis manifestè in hæresim aliquo pacto quacumque firmitate vallato tenebātur astricti. g

Ergo si sub pœna aliquis tenetur eis [qui incidunt in hæresim] aliquid soluere, certa die licet non soluat non incidit in pœnam, & eodem modo si per iuramentum,quod est verum, quia in illa obligatione & iuramento tacitè subintelligitur, si talis permanserit cui commmunicare liceat. h

Ergo si sub certa pœna aliquid ei soluere tenebatur,pœna non committitur,cùm enim talium bona possint occupari ,multo fortius retineri.secunda parte. i

Eodē modo non intelligitur is qui iurauerat deierare,quasi iuramentū habet in se tacitā conditionē ,scilicet si in tali statu permanserit,quod ei cōmunicandum sit. i

Glossa Ioannis Andreæ verb. *astricti.* Absoluti sunt etiam filij à patris potestate. *pag.*182.*col.*2.*l.B.n.*3.*parte secunda Directorij.*

Si qui autem [hæretici] postquam deprænhensi fuerint redire voluerint ad agendam condignā n pœnitentiam,*in perpetuum carcerem detrudantur. l*

Apostantes à fide catholicâ penitùs execramur,*insequimur vltionibus*, bonis suis omnibus spoliamus ---, successiones tollimus, ab eis omne *ius legitimum* abdicamus.*m*

Si verò Dominus temporalis requisitus & monitus ab Ecclesiâ terram suam purgare neglexerit ab hæreticâ fœditate---ex tunc ipse[Pontifex] vassallos ab eius fidelitate denunciet absolutos,& terram exponat Catholicis occupandam , qui eam exterminatis hæreticis absque vllâ contradictione possideant. *n*

Et sic inuadendi sunt rebelles, & ipsorum bona authoritate Ecclesiæ per alios Catholicos occupanda, sunt etiam tales *necandi & ciuitates cremandæ. o*

Idem habet] & in verbo fidelitate l. A. n. Non oportet hodie ad Papam recursum habere,quia ipso facto de iure sunt absoluti vassalli. *p*

Habitâ super iis cum venerabilibus fratribus nostris S.R.E. Cardinalibus deliberatione maturâ eorū consilio & vnanimi assensu omnes & singulas excommunicationis,suspensionis & interdicti ac priuationis, & quasuis alias sententias censuras & pœnas à quibusuis Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris aut pro talibus habitis etiam per eorū literas extrauagantes-- cōtra hæreticos schismaticos quomodolibet latas & promulgatas, Apostolicâ authoritate approbamus & innouamus,ac perpetuò obseruari & in viridi obseruantiâ, si forsan in eâ non sint, reponi & esse debere. *q*

De Apostolicę potestatis plenitudine sancimus,statuimus,decernimus & deffinimus quod sententiis,censuris & pœnis prædictis in suis robore & efficaciâ remanentibus ac effectum suum sortientibus omnes & singuli *Episcopi*, *Archiepiscopi*, *Patriarchæ*, *Primates*, *Cardinales*, *Legati*, *Comites*, *Barones Marchiones*, *Duces*, *Reges & Imperatores* qui hactenus vt pręfertur deuiasse aut in hęresim incidisse vel scisma incurrisse aut excitasse seu cōmisisse deprehendentur,aut *confitebuntur* seu conuincentur,cum in hoc inexcusabiliores cæteris videantur vltra sententias, censuras & pœnas prædictas sint etiam eo ipso *absque aliquo iuris aut facti ministerio suis ordinibus & Cathedralibus etiam Metropolitanis, Patriarchalibus & Primatibus ecclesiis ac Cardinalatus honore & cuiusuis legationis munere, nec nō voce actiua & passiua omniq; authoritate ac Monasteriis beneficiis & officiis Ecclesiasticis cum cura & sine cura secularibus & quorumuis ordinum Regularibus, -- nec non quibusuis fructibus & reditibus & prouentibus annuis, -- Comitatibus* quoq; *Baroniis, Marchionatibus, Ducatibus*

Regnis, & *Imperio* penitùs & in totum perpetuo priuati & ad illa de cætero *inhabiles* & *incapaces*, habeanturque pro relapsis in omnibus & per omnia, perindè ac si prius hæresim huiusmodi in iudicio publice abiurassent, nec vllo vnquam tempore ad eorum pristinũ statum -- *regna* & *imperiũ* restitui, reponi, reintegrari, aut rehabilitari possint, quinimo sæcularis relinquantur arbitrio potestatis animaduersione debitâ puniendi, nisi apparentibus in eis verè pœnitentiæ indiciis & condignæ pœnitentiæ fructibus ex ipsius sedis *benignitate* & *clementia* in aliquo *monasterio*, aut alio regulari loco ad peragendam perpetuam in *pane doloris & aqua mœstitiæ* pœnitentiam retrudendi visi fuerint, -- sint etiam intestabiles, nec ad hæreditatis successionẽ accedant: nullus præterea cogatur eis super aliquo negotio respõdere --, *regnaq;*, *Ducatus*, *dominia*, *feuda* & *alia huiusmodi publicentur*, & *publicata sint efficianturque iuris & proprietatis eorum qui illa primo occupauerint* si in synceritate fidei vnitate S. R. E. ac sub nostram & successorum nostrorum Romanorum Pontificum canonicè intrantium obedientia fuerint. I*n indice Directo. verb hæretici.* Hæretici comburendi lege Euangelicâ, Canonicâ, ciuili & consuetudinariâ. *& pag. 149.* Vltio debita est ignis crematio, sicut probatur ex verbis Domini dicentis *Ioan.* 15. *si quis* in me non *manserit* & c. & *pag.* 150. *p.* 2. *comm. Hostiensis* ad *Abolendam n.* 13. *col.* 1. *l. B.* ergo non solũ secundum legem Euangelicam, sed & secundum humanam, nec non & generalem consuetudinem omnibus hæreticis debita est hæc pœna [ignis crematio].

Hac igitur generali constitutione de fratrum nostrorum consilio sancimus vt quicũque, siue cuncta ciuitas, siue populus, siue *Dominus*, *Comes*, *Marchio*, *Dux* vel *potiore titulo illustris* quẽuis ex Inquisitoribus, Aduocatis, procuratoribus, Notariis aliisq; ministris prædicti officii vel Episcoporum id munus in suâ Diœcesi aut prouinciâ obeuntium seu accusatorem, denunciatorem, aut testem in causâ fidei quomodocũque productũ vel euocatũ occiderit, verberauerit, deiecerit, seu perter rcfecerit, -- licet nemo occisus nemo verberatus -- is sit anathemate præsentis Canonis ligatus. Idem quoque læsæ maiestatis reus *dominio*, *dignitate*, *honore*, *feudo* ac quocũque alio beneficio temporali & perpetuo *eo ipso* priuatus sæcularis iudicis arbitrio relinquatur, qui de illo ipsas pœnas exigat quæ damnatis primo capite læsæ maiestatis per constitutiones legitimas irrogantur, bonis rebusque omnibus fisci iuribus applicatis, vti etiam de damnatis hæreticis per sanctiones Canonicas cõstitutum -- eiusque *filij* paterna infamia subiecti *omnis* & *cuiuscumq;* *hæreditatis successionis*, donationis, legati siue propinquorum, siue extraneorum omninò sint expartes, eisdem præterea portæ nunquam pateant dignitatũ. -- Quicumque pro talibus veniam petere aut aliàs intercedere tentauerint, in easdem illas pœnas quæ in hæreticorum fautores à sacris constitutionibus inferuntur ipso facto se nouerint incurrisse.

Bulla si de protegendis. Pij V. pag. 135. l. E. anno 1569.

POENA PECVNIARIA.

Cũ venerabilis frater noster Albanensis Episcopus authoritate nostra--- duxerit statuendum vt Inquisitores hæreticorum à credentibus fautoribus receptatoribus & defensoribus hæreticorum ad obedientiam Ecclesiæ redeuntibus sub pœnâ pecuniariâ cautionẽ exigerent quod fidem Catholicam firmiter teneant---, & nos statutum huiusmodi approbauerimus. *a*

Cum per nostras vobis mandemus literas vt hæreticorum credentes, fautores receptatores & defensores qui post præstitam cautionem quod fidem Catholicam firmiter teneant & vlterius fauorem aliquem hæreticis non impendant in id quod abiurauerant sunt relapsi, & quos in posterum relabi fortè contigerit ad soluendam pœnam ab ipsis promissam---per Censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compellatis. *b*

a *Bulla Innoc. IV. pag.* 11. *Bull. cũ venerabilis Priori Prouinciali ordinis Prædicatorum.*
b *Idem cum per nostras ib. pag* 12. *Bullarii.*

c Comment. 158. quæst. 109 3. parte 661. col 1. A.

Neque his quæ hactenus diximus obstat, si dicatur non spectare ad Romanũ Pontificem in terris sibi temporaliter non subiectis disponere de rebus aut bonis hæreticorum laicorum, sed id totum ad Dominos temporales pertinere, quoniam respondetur hoc falsum esse ne dicam impium & blasphemum: nam vt supra dicebamus, iudicare de hæreticis & pertinentibus ad eos ad Ecclesiam spectat, cum sit hæresis crimen mere Ecclesiasticum: quod autem bona eorum publicentur inter pœnas hæreticorum numeratur. De hoc ergo standum est Pontificum & Ecclesiæ legibus. Ibidem col. 2. B. Quare si disponerent [principes sæculares] (v. g.) ne Inquisitores bona confiscata aut aliquam eorum partem habeant, aut nullo pacto de iis sese intromittant præterquam quod ita disponentes inualidè constituunt, velut impeditores sancti officii puniri possent. *c*

APPLICATIO.

a Commẽt. 152. in quæst. 103. pag. 649. col. 1 A.
b Ib. l. D.

Primùm non modò Inquisitores possunt imponere pœnas pecuniarias applicandas vsibus piis --- verùm etiam applicandas officio sanctæ Inquisitionis, nam nulla fermè causa magis pia est in Republica quam causa Inquisitionis. *a*

Primum ergo suspectis de hæresi imponi possunt hę multæ pecuniarię arbitrio Inquisitorum. Rursus Inquisitores pro arbitrio suo pœnam pecuniariam indicunt illis qui proferunt verba hæretica, aut ludendo, aut ex ita, aut ex fatua simplicitate & ignorantia -- item imponuntur hæ pœnæ pecuniariæ reis diuitibus. *b*

c Bulla Alex. IV. super extirpatione fratribus ordinis Minorum pag. 26. l B. C. ann. 1258.

Pecunia vero quæ de huiusmodi pœnis vel ex tertia parte multarum vel condemnationum exigendarum à quibuslibet personis & locis seu bonorum apprehendendorum occasione hæresis vel hæreticorũ, --deponatur fideliter conseruanda & de illa vobis & singulis vestrum necessariæ ad prosequutionem negotij contra hęreticos expensæ sine difficultate aliqua --- ministrentur. *c*

Quod vero hęc applicatio bonorum confiscatorum Ecclesiæ fieri debeat, & potissimum ei tribunali & officio quod in hæreticos animaduertit, rationi valdè consentaneum. *d*

d Comm. 158 quæst. 109. 3. pag. 661. col. 1. D.

Fraternitati vestræ per scripta Apostolica mandamus, quatenus de his quæ realiter recipere vos contingent dilectis filiis Priori Prouinciali ordinis Prædicatorum & Inquisitoribus hęreticę prauitatis----in expensis prouidere curetis ad Inquisitionis huiusmodi officium opportunis. *e*

e Bulla Innoc. IV. pag. 21. cum venerabilis E.

EXEQVVTORES IVSTICIÆ INQVISITIONIS.

a Bulla Innoc. IV. malitia huius tẽporis Priori Prouinciali ordinis Prædicatorũ p. 16. D. anno 1254.
b Ioannis Andreæ. Glossa in cap. excommunicamus §. moneatur. Verbo terrã

Quocirca deuotioni tuę per Apostolica scripta districtè pręcipiendo mandamus quatenus tu vel Vicarius tuus------prædicans contra hęreticos verbum crucis, & per idoneos ad hoc fratres tuos faciens publicè prędicari ac consignari crucis charactere eos qui tacti zelo fidei contra hęreticos eorumque fautores voluerint cruce signari fideles ad huiusmodi prędicationis & crucis signationis officiũ exequendũ. *a*

Exponat mandando prędicari crucem quod alius facere non posset. *b*

Hostiensis ibid. pag. 160. col. 1. A. n. 8. mandando prędicari crucem quod nullus inferior Papa potest facere----------potest personam exponere etiam clerici incorrigibilis--nedum in crimine hęresis---sed etiam in quolibet crimine & qualibet cõtumacia, ex quo Ecclesia non habet vltra quid faciat--- --sed si hoc potest in persona clerici, multo fortius *in persona Laici* ---- & si hoc potest de persona Laici, multo fortius & de rebus.

Videtur quod etiam *priuatus punire possit hæreticũ* pag. 175. col. 2. B. C. I*n indice verbo occidere in directorio.* Occidere hęreticos *quilibet potest*, sed *tutius* est id facere magistratuum authoritate & pag. 199. col. 2. l. C. hęretici possunt *occidi*--- & videtur quod quicumque possit hoc facere.

Comm.105. in quæst. 56.pag.584.l. E. *cruce-signati* in Italiâ, in Hispaniâ *familiares* appellati destinati sunt ex officij sacri instituto vel ad denunciandos hæreticos vel ad comitandum Inquisitorem, vel ad capiendos hæreticos, si & quando fuerint ab Inquisitoribus requisiti.

Crucesignati quibus in Hispaniâ similes sunt quos dicimus familiares nutibus Inquisitorum obedientes, eà exequuntur quæ ad promotionem huius sacri officii & ad fidei propagationem & ad hæreticæ prauitatis extirpationem spectant. *d*

Catholici vero qui crucis assumpto charactere ad hæreticorum exterminium se accinxerint. Glosa Hostiensis verbo accinxerint. Argumentum quod authoritate Ecclesiæ bellum fieri potest---contra inimicos fidei, vel contra eos qui ecclesiam impugnant---vel ei rebelles existunt---- *Crux* tamen prædicari non potest nisi de Papæ licentia speciali, sicut nec nomen ipsius redimi. *e*

Illis qui ad impugnandum hæreticos fautores, receptatores & defensores eorum in munitionibus & Castellis vel aliàs contra Ecclesiam rebellantes. Ipsis ex animo auxilium præstiterint vel fauorem-----tres annos de iniuncta sibi pœnitentia relaxamus, si qui ex iis in prosecutione huius negotij fortè decesserint eis omnium peccatorum-------veniam indulgemus. *f*

A QVIBVS ELIGVNTVR CRVCE SIGNATI.

Et quia Inquisitores præfati in ciuitatibus, seu alijs locis societates, seu confraternitates ad extirpandum hæreses, ad capiendum hæreticos iuxta concessionem à Romanis Pontificibus eis factam, instituunt & in eis confratres recipiunt qui in eorum receptione votum in eorumdem Inquisitorum, seu Vicariorum manibus emittunt ac voto se astringunt, dum pro parte ipsorum Inquisitorum & Vicariorum ad capiendos ipsos hæreticos requisiti fuerint, auxilium, consilium & fauorem præstare, & eis tempore cuiusuis localis interdicti diuini interesse. *a*

QVI POSSINT COGI AD ID MVNVS.

Teneatur insuper potestas seu Rector in destructione domorum (in quibus inuenti fuerint hæretici) & condemnationibus faciendis, & in rebus inuentis vel occupatis, consignandis & diuidendis, de quibus superius dicitur [de publicatis omnibus bonis hæreticorum] infra decem dies postquam accusatio facta fuerit hæc omnia exequi cum effectu, & condemnationes omnes in pecuniâ numeratâ [50. librarum ex parte Domini domus, burgi in quo hæretici capti vel inuenti centum, villæ quinquaginta, viciniæ & burgi & ciuitatis quinquaginta librarum imperialium] infra tres menses exigere & diuidere illas, sicut inferiùs continetur, [vna pars in commune ciuitatis vel loci, secunda in fauorem & expeditionem officij detur officialibus, qui tunc negotia ipsa peregerint, tertia ponatur in aliquo tuto loco, secundum quod videbitur diœcesano & Inquisitoribus reseruanda & expendenda per consilium eorumdem in fauorem fidei, ad hæreticos extirpandos] & insuper teneatur vnum de assessoribus suis quemcumque diœcesanus, vel eius Vicarius & dicti Inquisitores hæreticorum [Priori Prouincialis & fratribus ordinis Prædicatorum] voluerint ad hæc peragenda fideliter assignare, & mutare pro tempore si eis visum fuerit opportunum. *a*

Vniuersitati vestræ --- sub debito fidelitatis quo Ecclesiæ Romanæ tenemini & excommunicationis pœnâ districtè præcipiendo mandamus in remissionem vobis peccaminum, nihilominus iniungẽtes quatenus eidem fratri Andreæ [de ordine Minorum Inquisitori hæreticæ prauitatis] eiusque

expenat Catholicis occupandâ pag. 177. col.1.l. D. n. 6.

c *Glossa Ioãnis Andreæ in cap. excõmunicamus §. Damnati vero præsentibus secularibus potestatibus aut eorũ balliuis relinquãtur animaduersione debita puniendi.*

d Cõm.178. *sup. quæst. 129. pag. 685. E.*

e *Decr. Mai vol. tit. de hæret. cap. excommunicamus §. Catholici pag.102 l. D. col.1.*

f *Bulla Greg. Noni ille humani generis pag.4. Priori Prouinciali ordinis fratrũ prædicat.*

a *Bulla Clementis* VII. *cum sicut ex relatione pag.107.& 108. l. D. anno* 1530.

a *Bul Innoc.* IV. *ad extirpãda pa. 9. §. teneantur. A. edita anno* 1252.

b *Alex.* IV. *Bulla dum ad studium solicitudinis*

pag. 37. E. anno 1260.

collegis opportuni fauoris præsidio assistentes omne quodcumque potestis studeatis eis consilium & auxilium exhibere exercitum contra hæreticos, credentes, complices, fautores, defensores & receptatores eorum ------ ad depopulationem & exterminium terrarum hostiliter procedendo, ita quod ex hoc euidenter appareat quod estis feruidi Catholicæ fidei zelatores ac exinde à Deo premium mereamini, dictæque sedis fauorem & gratiam vobis vberius acquiratis. *b*

a *Ex Clem. tit. de verborum significatione c. 11. sæpe contingit pag 120. col. 2. B. anno 1307.*

CRVCESIGNATORVM ET INQVISITORVM PRIVILEGIA.

Sæpe contingit quod causas committimus & in earum aliquibus simpliciter, & de plano ac sine strepitu, & figura iudicij procedi mandamus: de quorum significatione verborum à multis contenditur, & qualiter procedi debeat dubitatur: nos autem dubitationem huiusmodi (quantum nobis est possibile, decidere cupientes, hac in perpetuum valitura constitutione sancimus, vt iudex cui taliter causam committimus necessario libellum non exigat, litis contestationem non postulet, tempore etiam feriarum ob necessitates hominum indultarum à iure procedere valeat, amputet dilationum materiam, litem quantum poterit faciat breuiorem, exceptiones, appellationes & iurgia testiumque multitudinem superfluam refrænando --- sententiã vero diffinitiuam (citatis ad id licet non peremptoriè partibus, scriptis & (prout magis sibi placuerit) stans vel sedens proferat etiam si ei videbitur conclusione non factâ, prout ex petitione & probatione & alijs actitatis in causa fuerit faciendum. *a*

b *Eymericus quæst. 56. 3. partis p. 583. & 584. col. 1. A.*

c *Comment. C V. ibidem. 584. col. 1. D E. lin. iã hoc.*

Quinquagesima sexta quæstio, vtrum Inquisitor possit procedere cum armatis ad suum officium exequẽdum? Respondemus quod sic, ad tuitionẽ suæ personæ vel familiæ suæ, & ad capiendum hæreticos, credẽtes, receptatores, defensores eorum & fautores. *b*

Iam hoc priuilegium ita competit Inquisitoribus fauore fidei, & in odium hæreticæ prauitatis, vt eorum officiales portare possint arma & de die & de nocte, idque non obstante quacunque lege ciuili, vel municipali in contrarium editâ vel edenda: Imo quicumque legem conderet quâ prohiberentur officiales Inquisitorũ arma deferre velut impeditor sacri officij, puniri posset iuxta doctrinam glosæ communiter receptam *in cap. statutum.* ------- Rursus arma deferre non solum crederem competere illis Inquisitorum officialibus quos vulgus Crucesignatos in Italiâ, in Hispaniâ familiares appellat ---- sed etiam cæteris ministris, qui quauis alia ratione officio sacro inseruiunt, veluti Aduocatis, Notarijs, consultoribus, custodibus, & alijs. *c*

a *Bulla Vrbani IV. præ cunctis pag. 129. 2. part. direct. col. 1. l. C. & pag. 130. col. 2. D. anno 1261.*

INQVISITORVM, *&* CRVCESIGNATORVM INDVLGENTIÆ.

Largiendi viginti & quadragintadierum indulgentiam omnibus verè pœnitentibus & confessis, qui ad vestram conuocationem propter hoc faciendam accesserint, plena sit vobis & singulis vestrum præsentium tenore facultas. Socijs verò fratribus vestri ordinis & Notariis vestris, qui vnâ vobiscum in prosequutione huiusmodi negotij laborauerint, & omnibus qui vobis personaliter astiterint in eodem negotio, & qui ad impugnandum hæreticos, fautores, receptatores, defensores eorum, exanimo vobis præstiterint auxilium, consilium & fauorem, de omnipotentis Dei misericordiâ & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius authoritate confisi, tres annos de iniunctis sibi pœnitentiis relaxamus, & si qui ex ijs in prosequutione huiusmodi nego-

tij fortè decesserint eis, peccatorũ omnium de quibus corde contriti, ac ore confessi fuerint plenam veniam indulgemus. *a*

Catholici vero qui crucis assumpto charactere ad hæreticorum exterminium se accinxerint, illa gaudeant indulgentiâ, illoque sancto priuilegio sint muniti quæ accedentibus in Terræ sanctæ subsidium conceduntur. *b*

Hoc priuilegio hodie in primis gaudent Crucesignati quibus in Hispania similes sunt illi quos dicimus familiares, qui nutibus Inquisitorũ obediẽtes ea exequuntur quæ ad promotionem huius officij, & ad fidei propagationem & ad hæreticæ prauitatis extirpationem spectant. *c*

Vobis autem [Inquisitoribus] pro huiusmodi negotio [inquisitionis] laborantibus illam peccatorum veniam indulgemus, quæ succurrentibus terræ sanctæ in generali Concilio est concessa. *d*

Ipsisque Crucesignatis per ipsos Inquisitores seu Vicarios, dum in eorum manibus votum hæreticos persequẽtes emiserint, vt semel ex tunc & in mortis articulo à reseruatis, & in bulla cœnæ Domini contentis casibus, de quibus corde contriti, & ore confessi fuerint, aut propositum confitendi debito tempore per Ecclesiam statuto habuerint, absolui ac indulgentia plenaria & omnium peccatorum remissio eiusmodi concedi: Eisque vt singulis diebus anni quinque altaria Ecclesiæ, si tot ibi fuerint, aut vnum loci in quo eos esse contigerit, psalmũ vnum genibus flexis recitando, vel quinquies orationem Dominicam, & toties Salutationem Angelicã in quolibet altari indulgẽtias stationum vrbis Romæ consequi valeant, etiam consequendi, & elargiendi authoritate Apostolica tenore præsentium licentiam & facultatem concedimus. *e*

Cum inter cæteras quæ in Ecclesiâ Dei hactenus institutæ sunt Christi fidelium societates illa satis vberes fructus afferre videatur, quæ sub Curcesignatorum vocabulo, ad assistendum hæreticæ prauitatis Inquisitoribus auxiliumque quando & quoties opus sit in Catholicæ fidei negotiis aduersus hæreticos etiam vita ipsa præstandũ instituta existit -- eiusdem societatis Crucesignatorum creationem & institutionem ac priuilegia quæ sunt in vsu, nec non indulgentias prærogatiuas, facultates, gratias & indulta --, authoritate Apostolica tenore præsentiũ confirmamus, approbamus & innouamus illisque perpetuæ, & inuiolabilis firmitatis robur adijcimus. *f*

b *Cap. excõmunicamus itaq;* §. *Catholici volu: maj. Decret. pag.* 101 *apud Eymer. & /* 685.

c *Comment.* 178. *ibid.*

d *Bulla Cle. Alexand. & Vrbani* IV. *præ cunctis* §. *vobis pag.* 130. *col.* 2. D

e *Bulla Cle.* VIII. *cum sicut ex relatione p.* 107. *in Bullario.*

f *Bulla sacrosãctæ Romanæ Pij* V. *pa.* 137. *in Bullario.*

TEMPVS IN QVO INCOEPIT INQVISITIO DELEGATA.

Graues Episcoporum occupationes causam dederũt summis Romanis Põtificibus, vt huic soli fidei negotio [Inquisitionis] certos iudices constituerent -- Episcopi tamen hanc fidei causam in primis tractaturi erant cũ iure diuino eis incumbat lupos rapaces, hoc est hæreticos ab ouili domini arcere, grauissimas pœnas subituri nisi ita faciant. *a*

Fuit B. Dominicus Canonicus Oxomẽsis is fidei zelo accensus aduersus instantes tunc Albigensium & aliorum hæreses fidem Christi imperteritus prædicat: & quia multi conuertebantur, vt salutares eis imponeret pœnitentias absolueretq; redeuntes, facultatem à sede Apostolicâ [circa annos MCC. temporibus Innocentij tertij.] id faciendi plenam obtinet, & in Italiam ex partibus Tolosanis transmigrat cum B. Francisco multam habet familiaritatem. Hi --- officiũ delegatæ inquisitionis suis fratribus exercendũ relinquunt qui in Italiâ adhuc exercent, --- sed cum temporibus Dñi Innocentij Papæ

a *Comment.* XXXII. 3. *part. p.* 460. *col.* 2. L. E.

b P. 461. *col.* 1. B.

VIII. & Regum Catholicorum Ferdinandi & Isabellæ idem officium de nouo esset introductum ---- videlicet anno Domini 1484. vt constat ex prima Hispalensi instructione. *b*

Per tuam ac aliorum Coepiscoporum tuorum industriam, huic morbo (erroris) tanto efficacius volumus obuiari. *In margine* hoc tempore nondum erant Inquisitores delegati constituti. *c*

Docet pœnas & ordinem puniendi hæreticos. d

Iubet inquisitores in Lōbarbia in hæreticos, iuxta leges in eos latas animaduertant. e

Nihilominus omnes Christianæ & Catholicæ fidei professores *Imperatorem Reges, Duces, Principes, Marchiones, Comites, Barones, Milites,* Potest*ates, Rectores, Consules Proconsules, Scabinos cōmunitates & vniuersitates regnorū, prouinciarum ciuitatum, oppidorum, Castrorum, villarum, terrarum,* aliorumque locorum huiusmodi, nec non cæteros iurisdictionem temporalem exercentes iuxta iuris formā & exigentiam authoritate Apostolica *moneatis & requiratis,* &c. *f*

Tribuitur potestas I*nquisitoribus procedendi contra hæresim siue sectam maleficorum in Alemania. g*

Permittit Cardinali Inquisitori generali in Hispania, vt tradat brachio sæculari testes falsidicos irregularitatis securus. h

Martinum [Lutherum] & alios qui eumdem Martinum in suo prauo & damnato proposito obstinatum sequuntur, quorum omnium nomina & cognomina, & qualitates, & si quauis celsâ vel grandi præfulgeant dignitate præsentibus haberi volumus pro expressis, ac si nominatim exprimerentur decernimus excōmunicationis, & etiam Anathematis, nec nō maledictionis æternæ, & interdicti ac in eos & eorum descendētes dignitatum, honorum & bonorum priuationis & inhabilitationis ad illa. *i*

Ea decernit contra Imperatores, Reges, &c. quæ habentur supra. k

LOCVS IN QVO EXERCETVR INQVISITIO.

a Adiecistis præterea negotium seu officium Inquisitionis contra hæreticos, dilecto filio Priori Fratrum Prædicatorum *Parisiensium sup. pag.* 1. *tit.* I*nquisitores.*

b Vniuersis & singulis P*rædicatorum & Minorum*, ordinum fratribus & Inquisitoribus hæreticæ prauitatis *vbilibet* constitutis, *sup. pag.* 2.

c Nos -- S. R. E. presbyteri Cardinales, Inquisitores *generales* hæreticæ prauitatis per *vniuersam rempublicam Christianam* --- specialiter deputati *sup.* pag. 2.

d Inquisitoribus & Commissarijs in quibusuis regnis, dominijs, prouincijs, --- cæterisque terris & locis, in quibus Christiana religio colitur *sup. pag.* 5.

e S. D. N. D. Pius --- quintus statuit decreuit & ordinauit ac mandauit magistratibus ac officialibus, ac cuiusuis conditionis & status hominibus in omnibus & singulis terris, oppidis & ciuitatibus ac in tota republica Christiana existentibus --- mandatis in quibuscumque officium sanctæ Inquisitionis --- concernentibus pareant & obediant.

c *Bulla Inn.* III *inter cætera p.* 1.
d *Anno* 1236 *Bulla excōmunicamus* Greg. IX *p.* 3
e *Bulla ille humani generis* 1238. *Greg IX. p.* 5. *L. E.*
f *Anno* 1418 *Martinus V. inter cūctas p.* 69. *&* 70. *L.* C.
g *An.* 1484. *Bulla Innoc. VIII. p.* 83.
h 1518. *Bulla Leonis X. intelleximus quod in Hispania pa.* 89.
i 1520. *Bulla Leonis X.* Decet *Romanū Pontificem p.* 96.
k 1558. *Paulus IV. cum ex Apostolatus p.* 122.
a Parisijs *Bulla Alexand. IV. pag.* 25. *& Vrbani IV.* Consultus *fælicis recordationis pag.* 133. *in direct.* 2. *par.*
b Vbilibet *Grego. XI. pag.* 137. *direct.* 2. *par.*

c Per vniuersam rempublicam Christianam. *pag* 112. *Bullar.* d In quibusuis regnis prouinciis, cæterisque terris & locis, in quibus Christiana religio colitur. e In omnibus terris oppidis & ciuitatibus, ac in tota republicâ Christiana. *Bulla Pij V. sanctissimus in Bullar. pag.* 135.

FINIS.

EX LIBRO, CVI TITVLVS,

literæ apostolicæ quibus institutio, confirmatio, & varia priuilegia continentur Societatis Iesu, iuxta exemplar Romæ excussum in Collegio eiusdem Societatis anno Domini 1606.

PAG. 31. Illos ex fratribus seu socijs, qui *ad prædicandam crucem*, vel *ad inquirendum* contra hæreticam prauitatem, *seu ad alia similia negotia* deputati fuerint, Ignatius & alij illius successores præpositi generales dictæ societatis pro tempore existentes, remouere seu reuocare & transferre, ipsisque quod supersedeant iniungere, ac alios illorum loco substituere, cum expedire viderint, liberè & licitè valeant.

PAG. 134. Ipsi Religiosi ea in *libris* executioni demandant quæ in Catalogo & decreto sanctæ Romanæ *& vniuersalis inquisitionis* præcipiuntur.

PAG. 197. Alexander Frumentus tunc officij sacræ pœnitentiariæ regens, dilectis filijs presbyteris Societatis Iesu cui præesse dignosceris, etiamsi nullo magisterij in sacrâ Theologiâ, & Doctoratus in iure canonico gradibus insigniti essent, alias tamen idoneis & *approbatis*, ipsius societatis *confessarijs*, vt *quascumque* obsignatas etiam Magistris in Theologiâ, vel iure canonico Doctoribus directas, *in foro conscientiæ*, eiusdem sacræ pœnitentiariæ *literas aperire* & absolutionis beneficium, iuxta *illarum* dispositionem impendere, possent & valerent, verbotenus concessit, eaque facultate, ipsi presbyteri hactenus vsi sunt, &c. Nos idcirco tuis in hac parte supplicationibus inclinati, presbyteris societatis huiusmodi parte, vel tibi subordinatos illius superiores, de tua licentia designandis, & ab ordinarijs locorum approbatis vel approbandis, etiam si Magisterij vel Doctoratus aut alijs gradibus insigniti non sint, literas huiusmodi aperiendi, confessionibúsque fidelium ad ipsos recurrentium auditis, & impositâ salutari in illis expressâ vel *de iure infligenda pœnitentiâ*, absoluendi, ac in foro conscientiæ, quascumque sibi *verbo vel scriptis* commissas absolutiones, dispensationes & *pœnitentiarum iniunctiones* excipiendi & exequendi licentiam & facultatem tenore præsentium concedimus & impartimur.

PAG. 241. Præcipimus in virtute sanctæ obedientiæ, ac *sub pœnis excommunicationis latæ sententiæ nec non inhabilitatis*, ad quæuis officia & beneficia secularia, & quorumuis ordinum regularia, *eo ipso*, absque alia declaratione incurrendis, quarum absolutionem nobis & successoribus nostris *reseruamus*, ne quis cuiuscumque status, gradus & præeminentiæ existat, dictæ societatis institutvm, constitutiones, vel etiam præsentes, aut quamuis earum, aut supradictorum omnium articulorum, vel aliud quid supradicta concernens, quovis disputandi, *vel etiam veritatis* indagandæ quæsito colore *directè vel indirectè* impugnare, vel eis contradicere audeat.

EX LIBRO, CVI TITVLVS,

F. Ioannis de Neapoli, Ordinis Prædicatorum ſolennis Doctoris Pariſienſis, è primis propugnatoribus, Doctrinæ S. Thomæ, Quæſtiones variæ Pariſijs diſputatæ poſt annos CCCII. ex vetuſto codice inſignis Bibliothecæ regij Conuentus S. Dominici erutæ & nunc primùm iuſſu A.R.P.F. Dominici Grauina Neapolit. eiuſdem ordinis S. Theologiæ Magiſtri, & Prouinciæ regni Prouincialis in lucem editæ, Theologis I. C. & Philoſophis perquàm neceſſariæ cum priuil. Super. permiſſu. Ad R. P. F. Seraphinum Siccum Pariſienſem S. T. Profeſſorem, & totius Ordinis Prædicatorum Magiſtrum Generalem. Neapoli in ædibus regalibus S Dominici typis Conſtantini vitalis per ſecundinum Roncaliolum M. D.C. XVIII.

FACVLTAS *Adm R. P. Vicarij generalis totius Ord Præd. Nos F. Raphaël Riphoz Sacræ Theologiæ Magiſter, & totius Ordinis Prædicatorum humilis Vicarius generalis & ſeruus, &c.*

Pag. 331. QVÆSTIO XXXIX. DE POTESTATE PAPÆ. Vtrum Imperator & alij Domini temporales quicumque, ſint ſubiecti Papæ quantum ad poteſtatem quam habent reſpectu temporalium.

IMPERATOR ET OMNES *Domini temporales* ſunt *totaliter* ſubiecti Papæ quantum ad poteſtatem, quam habent *reſpectu* temporalium.

Pag. 337. col. 2. IN Papa eſt poteſtas *inſtituendi, & deponendi, & ſuſpendendi, & puniendi, & regulandi Imperatorem, & omnes reges, & alios Dominos temporales, & imperandi eis, & ampliandi, & reſtringendi eorum poteſtatem ex legitimis cauſis.*

VT ſcribitur XV. quæſt. 6. c. alius. Zacharias Papa Regem Francorum depoſuit à regno *non tam pro ſuis iniquitatibus*, quam pro eo quod tantæ poteſtati erat *inutilis*, & Pipinum Caroli Magni Imperatoris filium in eius locum ſubſtituit----vnde *dubium non eſt*, quin Papa poſſit cùm ſubeſt cauſa rationalis Imperatorem, *& omnes reges, & alios Dominos tempo-les*, inſtituere, *deponere*, ſuſpendere, & ſimiliter reſpectu eorum facere omnia alia quæ ſuprà enumerata ſunt.

VIDETVR Papa à Deo conſtitutus ſuper omnes Gentes & ſuper Regna, vt euellat, *& deſtruat*, & diſperdat, & diſſipet, ædificet & plantet, ſicut dictum eſt Prophetæ Ieremiæ I.

Pag. 338. col. I. IN Papa eſt *omnis* poteſtas *temporalis* ſecundum propriam authoritatem ſiue ſit Imperialis, *ſiue Regalis*, ſiue alias; quod patet ſic: Omnis perfectio *in effectu* reperta eminentius continetur in cauſa, ſed omnis poteſtas temporalis ſe habet ad poteſtatem ſpiritualem plenariam Papæ *vt effectus ad cauſam*. Ergo Papa habens poteſtatem ſpiritualem *plenariam* ſuper totam Eccleſiam, habet etiam ſecundum *propriam* authoritatem poteſtatem temporalem *omnis* dominij temporalis. ----------------

2. Papa conſecratur Sacerdos, & coronatur *vt Rex*, & feſtum Coronationis nuntiat omnibus regibus. Ergo in Papa eſt vtraque dignitas, ſeu poteſtas, ſcilicet ſpiritualis, & imperialis, ſeu regalis, quæ eſt temporalis.

LICET Papa habeat ſecundum propriam authoritatem vtramque prædictam poteſtatem, ſecundum tamen *executionem* & vſum non habet immediatè iuriſdictionem temporalem: ſed mediantibus Imperatore & Regibus, & alijs Dominis temporalibus: Sic, quod, *executio* immediata iuriſdictionis temporalis ad eos ſpectat, & non ad Papam propter duo. Pag. 338. col. 2.

PRIMÒ, ne ſpiritualia impediantur propter temporalia, à quibus ſpiritualis poteſtas, quantò eſt magis libera, tantò diuinis rebus poteſt eſſe magis intenta.

SECVNDÒ, ne militans Deo implicet ſe negotijs ſæcularibus vt etiam dicitur in decretis diſtinct. 10. c. quoniam idem.

SCIENDVM tamen eſt quod in aliquibus caſibus *Papa* exercet etiam *immediatè iuriſdictionem temporalem* ----, quando aliquid fuerit difficile vel ambiguum: tunc enim eſt ad ſedem Apoſtolicam recurrendum ---- *ratione delicti* -- in defectu iudicis ſæcularis, vt ſi nollet iuſtitiam facere.

QVANDOQVE Papa in Eccleſia primitiua propter pullulationem hæreticorum *conceſſit* aliquod ius Imperatoribus & Regibus tam in ſummi Pontificis electione, quam in Eccleſiæ gubernatione, quia *pro illo tunc* ad depreſſionem inimicorum *indigebat* Regum & Imperatorum auxilio: ſed poſtmodum reaſſumpſit ſibi *gladium correctionis eorum*, & *reaccepit* ab eis ius Eccleſiaſticum, quod eis ex conditione ipſorum non conueniebat, vt patet in decretis diſtinct. 63. per totum. Pag. 338. col. 2.

PAPA recepit Imperium à Conſtantino quantum ad *immediatam* iuriſdictionem, non autem quantum *ad propriam* authoritatem: Vel dicendum & meliùs, quod aliqua debentur alicui *de iure* quæ non habet de facto, ſed *iniuſtè* detinentur ab aliquo alio à quo per conſequens poſſunt conferri ei cui competunt *de iure*, & ſic dicendum eſt in propoſito, quod Conſtantinus *de facto* contulit imperium Papæ Syluestro, cui ex hoc ipſo quod erat Papa competebat *de iure*, ante etiam quam ei daretur de facto, vt ſuprà probatum eſt. Pag. 339. col. 1.

POTESTAS Imperialis dicitur eſſe *conceſſa à Deo*, quia eſt conceſſa *à Papa*, non in quantum eſt homo ſeu perſona ſingularis, ſed in quantùm eſt Vicarius Dei in terris. Pag. 339. col. 2.

HOC *opus Theologicum, Scholaſticum quadraginta duarum quæſtionum Magiſtri Ioannis de Neapoli prælo dignum eſt.*

MAG. *Cornelius Tiroboſcus Præd. Ord. Cur. Archiep. Theolog.*

ALOYSIVS RICCIVS *Canonicus deputatus vidit.*

Imprimatur. Alexander Boſchius, Vic. Gen. Neap.